



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 2. Cæremoniarum nomen vnde ductum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

2 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

Quinque tritis, ac per vulgatis quæstionibus, in recon-
libros au- ditorum tractatione paulò diutius immora-
thor pro- ri. Cuius rei a sequendæ, atque illustrandæ
mittit. causa quinque libros destinaui. In primò de
baptismi nominibus, baptisteriis, aqua ba-
ptismali, tempore, die, hora, loco, ministro,
susceptoribus, a testibus dicam. Secundus
ea, quæ ad cathecumenos pertinent, expli-
cabit. In tertio competentium, & electorum
cæreniarum tradam. Quartum ea, quæ in-
ter baptizandum fieri solebant: quintum ve-
rò, quæ post baptismum adhibebantur, ritè
vindicabunt.

Cæreniarum nomen unde ductū.

C A P. II.

Cæremo-
nia à caren-
do dicta.

Religiosū,
& religio
vnde dicta.

Sed, priusquam rem propo-
litam aggrediar, breuiter ex-
plicandum est, à quo cære-
moniarum nomen ductum
sit. Macrobius notæ antiqui-
tatis, & fidei author, cæremo-
nias à carendo dictas fuisse existimat, quod
Dei cultus, & religio magis carendo, quam
vtendo, cognoscatur, sic enim scribit lib. 3.
Saturnal. cap., Seruij Sulpicij opinionem ea
de re citans: supereft, ut quid sit religiosum cum
Virgilio communicemus. Seruius Sulpicius religio-
nem esse dictam tradidit, que propter sanctitatem
aliquam remota, ex seposita à nobis sit, quasi à re-
linquendo dicta, ut à carendo cærenia. Idem

Liber primus.

3

sentit S. Augustinus lib. 2. retract. cap. 37.
cū rationem afferens, cur cæremoniæ no- Iudei à cer-
men usurpasser, ita inquit: cūm autem agerem tis cibis ab-
de obseruationibus Iudæorum, à quibusdam efcis stinebant.
secundum veterem legem abstinentium, dixi, qua-
rumdam escarum cæremoniæ, quod nomen non est
in vñ literarum sanctorum: ita tamen mihi con-
grui vñsum est, quod à carēdo appellatas cæremonias
quæ cæremonias memoria tenebā, è quod obseruan-
tes careat his, à quibus abstinent. Ioachimus autē
Camerarius problem. 4. Decur. 3. in disput. Cæremoniæ
de quorundam nomin. orig. cæremoniam, ve- nia à gerē-
luti gerimoniam, à gerendo natam putat, vt do, quasi
indicentur ea, quæ in sacrificiis solemini ritu geri gerimonia.
debent, Alij (vt in inueniendo nimium sibi Cæremoniæ
placent hominū ingenia, trahitque quemque te, vel Ce-
laudis cupiditas) cæremonia nomē à caritate de rere.
ducunt. Alij etiā à Carere profectum esse, exi. Cæremonia
stiment; nec desunt, qui, quod Ceras veteri à Cero.
lingua sanctum significet, cæremoniam à Cero, origo à Cæ-
sicut à sancto sanctimoniam, deriuatam re oppido.
esse, arbitrentur: quos Iacobus Pon-
tanus, de re literaria benē meritus: volum. 2.
progym. latinit. annot. in progym. 24. bre-
uiter indicat. Sed ab his Valerius Maximus
longè discrepat lib. 1. cap. 11. vbi cæremoniæ
originem ad Cære oppidum referri oportere,
censet, hac occasione; quod Rom. 1. à Gallis
capta, cū Flamé Quirinalis, & Virgines Ve-
stales, omissa rerum suarum cura, (adeò
apud Gentiles quoque religio publica priua-
ris affectibus antecellebat) simulacra Deo-
rum ex hostibus ercepta, inter se onere parti-

A ij

4 De Antiq. Bapt. Rit. ac Cær.

tio, traducerent, ad oppidum Cære, quod est in Hetruria, primū deuenierunt. Vbi quia benignè, ac humaniter hospitio suscep-tæ fuerunt, Romani grata memoria præsti-tere, ut omnis diuinus cultus, atque religio, cæmoniæ, à Cæreto vocarentur. Valerij verba hæc sunt: urbe à Gallis capta, cùm Flamen Quirinalis, Virginésque Vestales sacra onere par-tito ferrent, easq; pontem Sublicium transgressas & clivum, qui ducit ad Ianiculum, descendere cupientes L. Albinus plaustro coniugem, ac liberos vehens adspexit, proprior publicæ religioni, quam priuata charitati, suis, ut plaustro descenderent, imperauit; atque in id Virgines, & sacra imposita, omisso capto itinere, Cæreto in oppidum prouexit ubi cum summa veneratione recepta, grata memo-ria ad hoc usque tempus hospitalem humanita-tem testantur: inde enim institutum est, sacra cære-moniæ vocari, quia Cæretani ea in fratre Reipub-stantu, perinde ac florente coluerunt. Atque hæ sunt omnium scriptorum, quos videre potui, de cæmoniarum ethnologia sententiæ. In qua varietate, ac dissensione (quod Macro-bij, S. Augustini, Camerarij, ac aliorum pa-ce dixerim) posteriorem sententiam sequi malim. Nam, ut verum sit, aliquot cæremo-nias in carendo positas esse: nemo tamen de liturgia, Dei amore ac alijs affirmarit. Si-cut contrà, quia multæ in abstinentia sitæ sunt, à gerendo dictas fuisse minimè conser-vaneum est. Ac quidem charitatis, aut Cereris nomen ad cæmoniæ ethimologiam inuesti-gandam adducere, commentitium est, cum

Liber primus.

nihil in eo, præter vocis similitudinem, inuenire possimus, nisi qui aniles fabulas muliebresque sententias amplecti velit. *Ceri au-* Cerus, i. sā.
tem vocabulum licet sanctum significare ei & us.
dem Iacobo Pontano affirmanti cæterisque Hebraicæ linguae peritis facile assentiar, ta- Cærimonia
men credibile non est, ab eo cærimoniam nomen Romanis
ortum esse, cum multi Romani scriptores id scrip-
vsurparint, qui (præ insita genti ambitione) tori-
externorum vocibus ut non consueuerunt, bus vsur
cūm proprijs abundantarent. Quamobrem re-
stat, vt à Cære oppido veram cærimoniam e-
thymologiam deducamus. Quod si vrgeat
quispiam, non videri vsque quaque verum,
cæmoniarum vocem à Cære oppido adiectā
esse, quia veteres diuinæ paginæ multis locis
earum meminerunt, quas ante captam Ro-
mam, scriptas suisse, satis constat facile hoc
eludi potest. Nam, cùm sacra literarum mo-
numenta Hebraico charactere, ac lingua scri-
pta fuerint, cæmoniarum nomen in ipsis
vernaculo idiomate non reperitur, sed, qui
postmodum ea latinitate donauerunt, rei
ipsius significationem retinentes, cærimoniam
vocabulum indidere. De quo non est, nix nomen
vt plura dicantur, tum quia id ex S. Augustini in sacris li-
oco facilè intelligi potest: tum etiam præci- teris vsur-
pū, quod ad alia propero, quæ huic loco patum, quo
subiecisse, opere pretium duxerim. sensu acci-
piendum.

A iii